


8044

IV

OSS. III.

8044

Q. 55. II.



π

π

4

4

4

4

43

..... re hereditatis sic obligate sentiat se ceci,, [1.
dise.

40. (41). De prescriptionis (s) maritalis decennali.

¶ vero sit mulier maritalis et aliquam hereditatem, quam dicit et credit ratione doli vel quomodolibet ad se pertinere, si infra decem annos non curaverit vel neglexerit pro eadem hereditate questionem intentare et faciat possesorem eandem hereditatem possidere pacifice, extunc decrevimus, quod eadem mulier ab omni iure eandem hereditatis et a se cognoscatur recidisse.

41₁ (42). Vidua sex anni curvant in prescriptionem.

¶ autem vidua fuerit et eodem modo dicat et asserat aliquam hereditatem, quam aliquis possidet, ratione doli vel quolibet alio iure ad se pertinere et infra sex annos tempore pacis et concordie sustinuerit et passa fuerit eandem possessionem ipsam hereditatem quiete possidere, decrevimus, quod extunc ipsi possessori ratione prescriptionis in eadem hereditate plenum ius sit adquisitionum et mulier sentiat se ab omni iure recidisse.

41₂ (43). Tempore pacis habent locum prescriptiones alias non.

¶ Volumus et decrevimus, quod premissae prescriptiones tempore pacis et concordie sibi vendicent locum; tempore autem guerrarum sine discordiarum nullatenus locum debeant sibi vendicare, sed tunc oportebit de salubri remedio eisdem providere iuxta guerrarum et discordiarum qualitate, sicut et captivis per Tartaros nullam volumus currere prescriptionem.

42. (44). De sepibus et eorum prescriptione inter vicinos.

¶ Franciscus deposuit querelam contra Gregorium, quod in ipsius hereditate posuit sepes et inter illos sepes omnes fructus, quos fecit et facere poterat, percipit. Gregorius autem respondit, quod idem Franciscus in eadem villa est et fuit insimul die et nocte cum eo per duos annos et latius nec ammonuit unquam ipsum pro sepibus predictis unico verbo. Nos itaque attendentes desidiam seu pigritiam ipsius Francisci, declaramus in hoc casu ipsi Francisco divorum annorum obulare prescriptionem.

43. (45). De prescriptione ducie cum Francisco merculo

Triemali. ¶ Franciscus nepem suam Luciam, constabatam in etate infantili orfanam, cum bonis valentibus centum marcas tenendam et servandam in suam curam recepit. Tempore vero procedente ipsam suam aduic esset

invenis minor annis de viginti diutaxat mercis ma-
ritavit. Demum stando cum marito post quatuor annos
eastem Lucia pro bonis residuis restantibus ultra predic-
tas viginti marcas Francisco avunculo suo movet questio-
nem. Franciscus autem respondit, quod longo tempore
post contractum matrimonij per quatuor annos nunquam
fuit ammonitus pro bonis vel rebus predictis. Nos itaque
habitis casibus providere volentes, declaramus et statu-
mus, quod dicta Lucia, postquam cum marito steterit
tres annos et tres menses, infra eodem ad causam non
provocando, siue fiat minor annis siue maior, dece-
tero non poterit neque agere pro quibuscumque bonis
ac rebus residuis, obstante sibi trium annorum et
trium mensium facultate et prescrizione.

44. (46). De prescrizione hereditatis vendite.

Franciscus vendidit Gregorio hereditatem pro cen-
tum marcis, pro qua Gregorius statim quadraginta
1/6] marcas exolvit, residuam pecuniam in certis termi-
nis promittens se soluturum, et sic idem Gregorius
per quatuor annos pacifice et quiete, non facta tota,
li solucione tenuit et possedit predictam hereditatem.
Demum prope finem quartis anni idem Gregorius eun-
dem reliquam pecuniam offerret se statim Francisco
venditori; Franciscus vero nihilur et querit, quod
possit rescindere eandem vendicionem, cum per tan-
tum tempus non sibi totalis solucio fuit facta. Qua-
propter nos declaramus et statuimus propter quietam
et pacificam possessionem habitam per tres annos
et tres menses, predictam vendicionem perfectam
habere firmitatem, obstante tanti temporis facultate
et prescrizione.

45. (47). De prescrizione tributi mutuari quatuor an-
norum.

Franciscus Gregorio mutuaavit triginta
menuras tributi, quos plures menses non reddidit.
Gregorius vero quesivit ab ipso Francisco, quando sibi
predictum tributum mutuaasset; Franciscus respondit,
quatuor annos iam elapsos. Nos ipsi Francisco impo-
sumus silentium propter tanti temporis decursum.

46. (48). De memoriali exigendo duorum processuum.

Is et pro redimenda pauperum vexatione studium
solucio dicta vulgariter brymadresca, que consueverat
iudici presidenti seu diffinienti aliquam causam ap-
plicari, fuerit sublata et extincta, tamen eadem solucio
exquisito colore sub alio nomine dicto famyathne

diuoscitur esse inuoluta, que videtur transcendere
eandem solutionem. Unde circa hoc modum in
ponere sapientes, decreuimus, quod in causis here-
ditarijs uel non hereditarijs aduocatum magnum, in
dece preteriti dicte solutionis famyathne ultra qua-
tuor grossos exigere et recipere non presumat, in mi-
noribus uero causis tantum duos grossos exigendi ha-
beat facultatem.

47. (49). De sententia non retractanda, dum unus fra-
ter decernitur *), alter frater non infringet, nisi pro
portione ipsium contingente.

Tamuis negocia mortua et finita quare contra
naturam difficile sit retractare, tamen reperuntur non-
nulli, qui coloribus exquisitis mortua et finita nego-
cia molliuntur respicere, uidelicet in hoc, quod a-
liqui fratres uel soror cum fratre, licet in bonis frater-
nis ab invicem separati sint et diuisi, tamen si contin-
gat, quod aliquis eorundem fratrum in questione he-
reditaria accipiat contra se sententiam diffinitiuam,
post modum alter ipsorum procedens ad presenciam iu-
dicis, allegat se contemptum et ad eandem questio-
nem languam illum, cuius intererat, non uocatum,
postulans ex hoc debere eandem sententiam retractari,
et sic huiusmodi sententia per talem postulationem
et petitionem consueuerat retractari. Unde nos uolentes, quod
in huiusmodi litibus certus finis habeatur, statuimus, quod
ubi fratres uel soror cum fratre fuerint ab invicem frater-
nitatis et separati, si contingat unum ipsorum in heredi-
taria questione contra se diffinitiuam reportare sententiam,
alteri eorum postmodum penitus interdicta sit potestas
arguendi seu infringendi eandem sententiam, sed pro parte
diuulget ipsium contingente seu concernente mouendi ques-
tionem plenam habeat facultatem. Si uero frater uel frater
cum sorore non fuerint in bonis paternis ab invicem diuisi
et separati, si sint quo ad auros legitime etatis et habentes
plenam discretionem, volumus, quod in hereditate, pro
qua questio agitur aut ventilari speratur, per ministeri-
alem, ut in alia constitutione docetur, terminus] [2
lacionis edictum publice proponatur, citando, quod si
sit aliquis, qui habeat et habere aliquod ius in
dicta hereditate uel ad hereditatem aut sua quomodolibet
..... sit, die proxime assignato ueniat et compareat, ius
suum ostendens et .. pensurus, alias si post talem cita-
cionem eo, cuius intererat, non comparente, diffinitiuam

*) decm²

sententia super eadem hereditate proferatur, quom post modum cuiuslibet venienti et valenti eandem sententiam arguere et reficere seu innovare sit interdicha potestas; sed ipsam sententiam decrevimus perpetuum habere vigorem.

48. (50). De rectoribus furem insequi volentibus.

Agod villanus deposuit querelam contra suos vicinos villanos, quod cum equis tempore nocturno fuisset sibi subtrahis, idem Agod cum instantia requisivit et precibus suos vicinos, ut per vestigia eundem furem pro equo rehabendo insequi ipsum ad innovarent. Villani vero insequi furem recusabant et ita Agod predictum equum amisit. Nos itaque in tali casu declaramus predictos villanos ad solvendum predicto Agod condemnandos.

49. (51). De prescrizione vulnerum.

Etius conquestus est, quod Johannes ipsum quia suos digitis in manu gladio mutilasset, sed Johannes se fecisse negavit; et quoniam idem Petrus pro eadem mutilacione post annum elapsum satisfacionem petebat habere, nos itaque in tali casu eundem Petrum met tercium pronunciamus iudicandum, quod dictam mutilacionem qualiter digitorum habuit a Johanne.

50. (52). De inordinata citacione pro sententia in iusta.

Etius agebat contra Johannem iudicem, quod in causa, quam coram ipso promulgavit, in iustam et iniquam contra ipsum sententiam protulit a qua sententia, quando ipsam tulit, eandem iudicio non provocavit, vulgariter negavit. Nos itaque huiusmodi sententiam iudicis, que non fuit alia qua provocacione iudicis suspensa, solonice negavimus, declaramus transivisse in rem iudicalem, predictum Petrum ad penam debitam condemnando, alias pro iudicibus expressam.

51. (53). Dum unus frater decernitur aliter non reficitur.

Alco pro hereditate agebat contra Henricum; Henricus autem aliter opposita longi temporis prescripcionem, ipsam prescripcionem, ut debuit, probavit; iudex vero predictum Henricum absoluit ab eadem questione, silentium Falconis in honore. Post hoc veniens aliter frater Nicolaus eiusdem Falconis, reficit et innovat eandem questionem. Nos itaque que finem libitibus imponere cupientes, declaramus eundem Nicolaum fratrem innovatorem dicti Falconis non esse autem

dicendum et sententiam iudicis dicimus transiisse in rem iudicatam.

52. (54). Duo aut tres habentes unum molendinatum, rem, quilibet ipsorum potest ipsum iudicare pro suis excessibus.

Ranciscus, Falco et Henricus, tres fratres habentes unum molendinatum, Henricus tertius frater pro quibusdam molendinatoris excessibus coram iudice dato vel electo debito modo ipsum molendinatum iudicare precepit. Semper Falco alter frater veniens conqueritur de Henrico, quod ipsius molendinatum iudicasset et condemnasset. Nos itaque attendentes, quod licet cuilibet [2/b. de iure] prosequi suam iniuriam, declaramus, predictum Henricum iuste et bene iudicasse.

53. (55). De relictis alias friscyna Kmetonum.

Bursina consuetudine nascitur esse observatum, quod cum aliqui Kmetones de hac villa absque prole decedunt, ipsorum omnia bona mobilia et immobilia vulgariter friscyna consueverunt occupare. Unde nos huiusmodi abusivam consuetudinem reprobanter, statuimus, quod de bonis eorumdem decedentium, si tantum reperitur in eisdem, talis pro marca cum dimidia staudis ecclesie parochiali comparetur; reliqua vero bona ad fratres nos consanguineos cessante cuilibet impedimento devolvantur.

54. (56). De equo sano concesso et claudicante restituto.

Tolanus deposuit querelam de Mathia, quod licet equum sibi sanum ad certam viam languam annis commodasset, Mathiam idem Mathias eundem equum sibi restituit claudicantem. Mathias vero respondit bona fide eundem equum languam proprium se equitasse et servasse, nec scit, unde sibi eveniret eadem lesura. Nos autem declaramus in tali casu, predictum equum infra duas septimanas quiete absque aliquo labore per eundem Mathiam fore observandum. Qui equus si infra predictum tempus non convalescit, ex tunc pro eodem equo prout poterit, amicabilem componere tenentur.

55. (57). Pro homine Kmetone occiso decem marce solian.

Is et antiquitus fuerit observatum, quod Kmeto alium Kmetonem occidendo, solitis tribus marce grossorum a pena homicidii liberabatur. Tamen quia huiusmodi pena non sufficiebat ad debitam coercionem, unde nos statuimus, quod Kmeto occidendo Kmetonem pro pena homicidii castellano, cui homicidium commissum fu-

erit, uel ei, cui ius persuaserit, quatuor marcas, con-
sanguineis vero siue amicis proximioribus sex marcas
decernimus soluendas. Qui homicida si non fuerit
in soluendo et captus fuerit, pena capitali puniatur.

56. (58). Quum plures de homicidio accusantur, unus
tantum per iuramentum actoris condemnatur.

Item si plures, supra tres uel quatuor de homicidio a-
licuius accusentur, licet per iuramentum accusatoris
antiquitus pena homicidij puniebantur, nos tamen
huiusmodi iuramentum restringentes, statuimus, quod
unus tantummodo per iuramentum actoris de homi-
cidio accusetur, condemnetur et puniatur; consortes uero
eiusdem accusati, per probos et idoneos testes de homi-
cidio et uulneribus se teneantur expurgare, alias deficien-
tes in expurgacione puniantur.

57. (59). De morte casuali alicuius hominis.

Item quacumque morte casuali et inopinata contia-
gat aliquem de hac uita migrare, supra de arbore ca-
dendo uel in aqua submergendo uel alio quouismodo,
statuimus, quod pro tali homine sic decedente nulla
questio penitus moueatur. Item dum ignoratur, quis
commisit homicidium, dicimus, quod castellania de hoc
non moueat questionem aliquam, sed consanguinei
et proximiores culpabilem inquirentes, causam dum
poterint, prosequantur iuxta iuris formam.

58. 3] (60). Pro capite militis sexaginta marce solu-
debent. In uolenta audacia refrenetur, statu-
mus, quod dum miles suum sibi occiderit militem,
pro capite sexaginta, pro mutilacione uero cuiuslibet
membri XXX et pro simplici uulnere X marcas soluere
teneatur.

59. (61). De capite uagabunde mulieris filio soluendo.

Aureulius conuenitur de charlino, quod matrem
sibi interfecit; charlinus respondit, quia aureulius
non fuit de legitimo thoro siue matrimonio procre-
atus, ex eo, quod cum parcerat filium mulieris wa-
gabunde. Nos autem in tali casu et simili dicimus, ca-
pitul matris exsoluendum seu optinendum.

60. (62). De latronibus et furta committentibus extra
strata diuagantibus. Vt nonnulli, qui per in-
discrecionem victum longi temporis breui hora conui-
uentes, assumunt sibi ex propria occasione loca diua-
gandi et taliter diuagantibus aliena rapere non formi-
dant. Et igitur tales a qualibet occasione diuagandi

7.

saltem fene formidine retrahamus, statuimus, quod
saliter diuagantes et rapinas committentes, quibusli-
bet eorum bonis, quae habent, ipso facto sunt priuati;
et si contingat huiusmodi fugitivos et diuagantes
nostre gratiae reconciliare, volumus nihilominus, ut
inter suos pares ut infames habeantur.

61. (63). De precio ministerialis conspicientis occisum
in via. Onuclustine iniquissima ministerialium
exhibet obseruatum, quod dum ad aliquem in via occi-
sum vocabantur, ipsum vestibus, in quibus fuerat occisus,
iure ipsorum, quod ipsi nominant Nouaone, exfolia-
bant. Unde cum afflicto non sit addenda afflictio, eis-
dem ministerialibus prohibemus de cetero, quolibet occi-
sos spoliare seu exuere, sed tantum unico grosso conten-
tentur, quatinus decernimus, eisdem pro labore percipere,
qui ad aliquem occisum procurat euocare eos, donec
de eodem homicidio questio fuerit diffinita, fore per-
soluendum.

62. (64). Depascens pecoribus aut iumentis semina, pro
quolibet iumento aut pecore unam quartam de-
nariorum soluat.

Quilibet proximum suum indemnum vigilet obser-
uare, si aliquis semina iumentis vel quibuslibet pecoribus
maioribus depascat, statuimus pro quolibet iumento vel pe-
core unam quartam denariorum passu damnum, cuius
fuerint iumenta vel pecora, soluere teneatur.

63. (65). De pecoribus depellendis ad regalem curiam.

Ad euitandam uitam quamlibet altercationem de-
cernimus, quod ad proximiorum castellanice curiam, siue
fuerit regalis siue cuiuscunque iudicis, eadem iumenta
passu damnum depellendi habeat facultatem; ita ta-
men, quod sub testimonio vicinorum in propria plomo
damnum passu iumentis vel pecoribus per noctem ser-
uatis, in crastino ad proximiorum castellanice curiam
predicta iumenta seu pecora depellere teneatur.

64. (66). Aktor forum rei debet sequi.

Qui actor forum rei undique sequi debeat, volumus,
ut si quis in iudicio iuris Theutonici contra re-
um suam proponit actionem seu dirigit, reus illidem
super alia questione simili, vel inequali reconuicere
non poterit, sed suam libem seu causam coram iudice
competenti, cuius ualuerit, agitabit.

65. (67). De incendiarijs non habentibus ius Theutonici [3/6]
cum, sed Polonicum.

Ex lege imperiali clara luce nobis constat, quomodo, do incendiarij et exustores domorum, horreorum aut quorumvis bonorum morte crudeli et impijssima puniantur; quibus etiam inventis, si ad ecclesiam fugiant, patrociniū ullū ex hoc debeant optinere, propter damnati criminis scintillam. Consueverunt tamen omnes, ut manus effugiant iusticie, ipsos punire volentium, ut plurimum in civitatibus et villis Theutonicis permanere, ut actionem propositam contra eos eludant per iuris Theutonici defensionem, et sic sepe saluum maleficorum crimina remanent impunita. Unde de nostrorum baronum basso consilio statuimus, ut accusati de crimine incendiij sive exustionis etiam inveniēti in civitatibus et villis Theutonicis, extra forum ipsorum trahantur et in iure Polonico, laudem coram iudice competenti tenebuntur respondere, sententia vero et puniri iuxta exigentiam criminis et eius probationem.

66. (68). Oppressores virginum ac mulierum iure Polonico iudicentur.

Quæra non solum a malo sed ab omni specie mali quemlibet viventem sub lege necessarium est abstinere, per quam refrenatur malorum audacia, ut iustorum innocentia tuta consistat. Tunc quidam ad festivitatem corpus suum ut plurimum prostrantes et lasciviam vitam gerentes, Deum non timebunt nec temporalem penam formidantes, virgines stuprant et mulieres possunt violenter, et quando impetuntur ab eis in recenti, iure Theutonico volunt se lucrari, ut facilius eludant commissi criminis actionem. Visum exhibet nostris nobilibus in colloquio generali, quod et nos decrevimus perpetuo observandum, ut tales oppressores virginum aut mulierum, si proclamaverint in recenti, iure Polonico coram iudice competenti tenebuntur respondere et puniri iuxta commissi criminis qualitatem.

67. (69). Qui non vult suo privilegio, amittit potestatem, in eo sibi concessam.

Unde secundum patrum sanctorum decreta lex decernat, illos amittere privilegij auctoritatem, qui non vult in eo concessa sibi potestate, plures sint nostri milites, ius Theutonicum habentes in nullis ipsorum villis ex nostra aut predecessorum

nostrorum gratia eis facta, et tamen iure Theu-
 lunico obmisso, tantum secundum ius Polonicum
 se regunt in quibusdam. Statuimus, quod si in
 aliqua villa abusi sunt iure Theulunico, aut
 plures per ius Theulunicum contra agentes non vo-
 lerint se defendere; propter quod volumus, quod ubi
 crimen est commissum, illo iure, quo illa villa
 hunc usa fuerit, debet iudicari seu terminari.

68. (70). De ammissione sexagene in ponendo coram
iure privilegio. Statuimus, quod cum ali-
 quis contra suum privilegium in quacumque
 causa citatur et exhibendo suum privilegium in
 iudicio amittit sexagenam grossorum, si actor ei-
 dem renuerit iussu iudicis iurare, rem nesciisse,
 se privilegiatum fuisse et privilegium habuisse,
 tenebitur restituere eodem actor eandem sexage-
 nam reo. Secus autem esse volumus, si iuraverit
 se nesciuisse rem fuisse privilegiatum.

69. (71). Casus pro quibus licet omnibus unctoni-
bis simul surgere de villa.

Im ex separatione subditorum bona domini-
 rum sepius desertantur, nulla causa legitima ad hoc
 persuadente, visum fuit nostris baronibus huic peri-
 culo ut sequitur obviare. Propter quod nostra volun-
 tate est institutum, ut non plures unctones aut in-
 cole de villa villa (s) simul possint ad aliam vil-
 lam recedere, nisi unus vel duo preter dominum il-
 lius ville, in qua degunt voluntatem, nisi in casi-
 bus his infra scriptis: quando dominus apprehendit
 uxorem aut filiam sui unctonis; item cum pri-
 mo *) excessu sine culpa domini ville unctones bo-
 nis, depredentur; item cum excommunicantur unct-
 ones per annum ob culpam sui domini. In his
 modum duo vel tres aut quatuor villani casibus
 simul abire possunt, sed et omnes habitantes ibi-
 dem recedant, quo placet.

70. (72). De prescriptione fuerorum nondum eta-
tem habentium.

In mulier (s) infantibus ad duodecim annos
 educatis, si tempore infantie per quemvis personam
 iniuria fuerit illata aut patri ipsorum hinc mor-
 tui fuerit illatam violentiam, pro qua agere non
 valebant propter defectum etatis contra ipsos ini-
 pedientes aut iniuriantes agitare et exceptio pre-

scripcionis eis opponi non potest, nisi hinc legiti-
ma etate in eis completa, infra tempus debitum
agere neglexerint pro iniurijs ab olim illatis, tunc
obstabit eis exceptio prescriptionis propter negli-
gentiam allegatam.

71. (73). Cui nunquam culpa pro furto fuerit oblata,
pro prima iuramento proprio se expurgabit.

Viri famosi et iuste iurantes aliqua speciali
privilegia apud nos inter ceteros nostros fideles con-
solentur, statuimus de nostrorum baronum voluntate,
ut si quis miles aut alius vir nobilis, cui aliqua
questio furti nunquam in iudicio mota fuit aut
latrocinium, propter suam bonam presumptionem
habitam apud vicinos, licebit illi proprio iuramen-
to suo a tali accusatione se expurgare.

72. (74). De fero, gladio et tribus scobis receptis ho-
mini dormienti.

Gidius deposuit cum quereba, quod cum in via
obdormivisset, Falco superveniens taliter dormien-
ti recepit gladium et feram, in qua fuerunt tres
scobi grossorum, et quamvis gladium et feram sibi
restituisset, tamen tres scobos sibi non restituit, ip-
sos pro se usurpando. Falco vero quamvis de gladio
et fera confiteretur et se eadem offert restituere, ta-
men de predictis tribus scobis diffidebatur. Unde
nos attendentes, quod nullus deberet res alienas at-
tractare domino invito, predictum Gidium decre-
vimus in tali casu fore ad iuramentum admit-
tendum.

73. (75). De morsu canis.

Item Gidius conquestus est, quod canis Falco-
nis ex incitatione seu impulsione ipsius Falconis
taliter eum lesit et memordit, quod ex illo morsu
ostendebat et accerebat se claudicare; Falco autem
eamdem incitationem seu impulsivem canis diffi-
debat. Et quia Gidius actor non potuerat hoc
probare, nos in tali casu declaravimus, quod Falco
per iuramentum proprium debeat se expurgare.

74. (76). De extinctione candele in contentione.

Verulam deposuit Gidius contra Falconem,
quod dum vespere in domo ipsius facta fuisset
contentio, ipse Falco superveniens candeam ex-
stinxit, quia extincta Gidius nescit nec scire
potest, per quem in illa contentione fuerat vel

neratus, Tulco vero licet extinctione candele
confiteretur, tamen ipsum Ignitum | vulnerasse [4/b.
diffitebatur. Nos vero a predicto Ignito achore
iura....., quod in predicta extinctione
candele nescit, per quem sit vulneratus, predic-
tum Tulconem, quia candelam extinguendo
vulneri prestabit occasionem, in vulnere du-
simis condemnandum.

75. (77). De vice per pastorem ad villam non
redicta.

Reterea de villanorum pastore deposuit
Ignitius, quod vicem ad gregem impulsam et
custodie pastoris commissam, de grege non re-
habuit iterato vicem eandem; pastor vero re-
asserbat eandem vicem vna cum alijs ad vil-
lam rediisse. Nos itaque in tali casu et si-
mili pastorem eundem decrevimus iurare, quod
vicem ad villam rediisset.

76. (78). De ludo taxillorum.

Innoxius ludus taxillorum alicuius, per
quem sepius iusti patres filiorum excessu de bonis
pelluntur et deducuntur absque demeritis ipso-
rum ad nimiam paupertatem, statuimus, ut si
aliquis filius utroque parente sano existentibus,
desuerit (s) alicuius pecunie quantitatem, predic-
ti ludentis parentes non tenebuntur ipsi victori
pro ipsorum filio ad alicuius pecunie debite so-
lutionem.

76. (79). De iudeis mutuantes pecunias.

Talem dicimus de iudeis, si mutuauerint
pecunias tali filio existentibus parentibus adue-
sanis, concessio facta non valeat nec ad satis-
factionem aliquam iudeis ipsi parentes com-
pellantur, sic etiam dicimus de omni con-
tractu iusto cum filio, quod non, videlicet cum
sit in paterna potestate constitutus, propter
hoc, quod non habet dominium alicuius rei
vel aliquam possessionis traditionem.

77. (80). Ludus taxillorum ad prestantiam.

De precludenda lisoribus taxillorum ma-
litiie subtilitatem, qui consueverunt in ebrior-
los aut ad frovocacionem iracundie deduc-
tos, non caute ipsius taxillorum ludi fortuna,
super prestantiam seu credentiam de pecunijs, e-

quis et quamvis de hereditatibus cribrare, spoliare et damnose amovēre. Qui sic delusi, ad inopiam deducti et plurimum ad vitia deteriora labuntur, propter quod ultio iudicialis iuxta ipsorum demerita a nobis consuevit exerceri. Et ad hoc malum evitandum et quod nostri nobiles rebus abundantes strenuitati dediti, pro defensione regni invigilent fortius, decrevimus, ut nullus deinceps terrigena nosset cum alienigena cuiuscumque status aut conditionis existat, in nostro regno hinc inde laxillos ad prestandam sed tantummodo pecunia pro parata. Quod si quis contra hoc statutum temerarie venerit, ipso iure non valeat eviccio, nec ad aliquam solucionem seu satisfacionem victus victori liceatur, nec fideiussores datus ipsi victori poterit pro debito amovēri. Si quis igitur superveniens post hoc statutum pro pecunia sic evicta acriter promittit suum debitorem verbis hospibus vel eius fideiussores, quocienscumque maledixerit vel vilipenderit pro debito prelibato, lociens illi pro sua verecundia penam, que dicitur fuzacna, stesca solvat et nostro iudicio aliam, nisi hominis penam similem pro inobedientia passurum quabit.

78. (81). Ad bellum putes non in villa sed in campo habeant staciones.

Expediit reipublice, ut subditi in quiete vivant et quod nulli noceant et in violentibus convalescant: quidam pretereuntes ista veluti legi transgressores cum per terras proprias pergunt ad expeditionem, velut hostes se moventes infinita damna pauperibus etiam plura quam hostibus irrogare non obstitunt, per que terre nostre maxime devastantur. Volentes igitur huic periculo de remedio opportuno providere, statuimus, ut quocienscumque ad expeditionem per terras nostras sit progressio, nullus faciat in villa sed in campo stacionem, nec rafinas in equis, is, peccoribus aut in alijs rebus committat, sed solum stabulum, moderate tamen pro suis equis et staciones faciat in gajis, silis aut ribetis incisis et receptis, ut per hoc edificia villarum intacta existant. Si quis veluti temerarius huius statuti violator contra fecerit, domino ville illius aut cui damnum est illatum,

reparat iuxta suum sacramentum super ablati
prestatum, cum pena quadragesima ad hoc appo-
sita, et nihilominus alia similis pena in violatio-
ne statuti pro nobis cedere debet.

79. (82). Pater non tenebitur stare fueris porcionem,
donec 2^{am} duxerit uxorem.

et communi usi in nostro regno obseruatis, quod
moriente matre bonorum omnium fueri a patre ipso,
nisi tollunt medietatem, propter quod sepius con-
tingit, filios etate iuuenili in parte bona leuata
a patre amittere et a modo propter ingrati-
tatem patri factam, patrem non nisi succurrere
filijs ad inopiam vergentibus est necesse, et sic ex
tali diuisione pars utroque sentit incommodum et re-
probat. Vitiū exhibet nobis et nostre milicie, ut ma-
tre moriente filij non petant bonorum ex linea patris,
nisi obuenientium a patre aliquam porcionem, ante-
quam ad secundas nuptias conuolabit; nisi tunc
velut fame sue prodigis, bona ad (?) hereditates il-
las omnes communes indebite dissiparet.

80. (83). De profugis et latrocinia committentibus.

Episcopi contingit, ut quidam de militari prosa-
ria procedentes, veluti prodigi honoris et fame
ipsorum, furta seu et latrocinia committentes, sunt
profugi nostri regni spontanea ipsorum voluntate
et occasione habentes, plura mala committere non
formidant; pro quibus incidunt in iram nostre in-
dignationis. Tandem de commissis furtis et ceteris
actibus malis penitentia ducti, amicorum suorum
intercessione mediante, nostram clementiam in-
plorare consueverunt et sic nostre gratie deuotio re-
staurantur. Volumus, quod licet nostra ira sit eis
dimissa et pena, nihilominus pro furtis et damnis
illatis tenebuntur judicialiter respondere et satis-
facere iuxta diffinitionem per iudicem deputatum
et nihilominus infamem talem promissionis nec
alij nobilibus, qui nunquam profugi extiterunt,
in fama et sublimitate honoris poterint adequiri.
Habemus illum et dicimus infamem, qui occulte in-
sidiando habitatoribus regni nostri, fures et profu-
gos seruat et paratur cum eis rapta et male conqui-
sita. Tales non poterint se dicere probos, cum impa-
res uiris probis reputentur.

81. (84). De usura Tuscorum, medio grosso a marca.

¶ In usurarum voragine sit insatiabilis appeti-
tus, extorsioni pecuniarum terminum non imponens, pro-
inde statuit interdum baronum auctoritas, ut Iudei, fi-
dei nostre veri inimici, Christianis pecunias ipsorum mi-
litanes, non plus pro qualibet septimana exigere debeant,
nisi tantum unam quartam cum gratiarum actione. Et
si Iudei, qui per novas deceptiones ad literas obligationis
mutuant pecunias, sustinuerint infra duos annos su-
um debitorem pro usura accrescente et pro principali
debito ad iudicium non provocantes, ex tunc ipso facto
usura accrescentem ulterius post duos annos amittere
debent et tantum de principali sorte et de usura iam
aucta infra predictum tempus sint contenti, neque
per eandem literam obligationis effectualiter ammonere,
ne nec obligatus tenetur stare vel observare ipsi suam
obligationem vel promissum.

82. (85). De quercibus seu lignis incisis in pago alieno.

5/6

Vidam de ipsorum audacia multum presumentes,
intrantes silvam vel pagum alicuius preter domini vo-
luntatem, quercus excidunt meliores, nullam penam sequi
pretendentes. Statuimus, ut si quis quercum incidit in
bonis alterius domino invito, valentem ad axem aut
de minoribus quercibus vel alijs lignis cursum reflexerit,
vit, penam, que dicitur sceler. greynoyen solvat illi,
in cuius dominio sunt incisa.

83. (86). De receptione in nocte alienorum frumento-
rum et fenis.

¶ Licet canonica sanctio depopulationes agrorum
multum solio habet, tamen lenitioris a malo non
revocat, nisi addatur terribis in colla ipsorum et
temporali disciplina impie funiantur. propter quod
statuimus, ut si alicuius militis, prelati, civis fami-
liaris aut aliqui hominis (s) sua etiam *) frumenta
de nocte unctonum vel quorumcumque receperint,
licitum sit domino frumentis aut suis rebus vel a-
micis ipsa defendere, equos recipientium vel alias res
libere pro se tollere, et si quempiam occiderit, hunc
impunito volumus ipsum pertransire; dominum vero
illum, de cuius domo exierunt tales depopulationes, in
penas nobis pyandrescua decrevimus incidisse, aut si
vulneraverit aut occiderit frumentorum defensorem, sol-
vat vulnera lesa vel caput fuerit aut amicus cum fe-
nis frenolatis.

84. (87). De hospiloquio, filium meretricis aliquem

*) fms C

asserendo, pena I. X marc.

Ueniunt omnis scurrilitas verborum et lapsilogium ad rixas homines provocantes, apud virtuosos debet non immerito evitari, a qua non aliter, nisi melius penam quandoque aliqui prohibentur; unde volumus, si quis linguam suam non refricans, si nobilis nobili improferaverit, asserens ipsum filium meretricis, et statim non revocat aut non negat quod dixit, neque probat eum talem esse, pro ut ipsum asseruit, pro vituperio ipsius, quem sic vituperavit, ratione pene soluta I. X marcas grossorum, veluti ipsum occiderit.

85. (88). Pro eodem matri (s) etiam sexaginta marcas.

Dem dicimus, si matrem suam meretricem nominat et non revocavit neque probavit, quod asseruit, in similem penam ipsum decrevimus incidisse, aut revocando debet dicere, id quod sum locutus, menti- lus sum sicut canis.

86. (89). De percussione et vulneribus.

De percussione militum et aliorum nostrorum subditorum in penis exigendis istum modum volumus observari: si miles militi aut nobili nobili flagram dederit absque sanguinis effusione, nobili, cui illata est talis percussio, pena, que dicitur fyanecua, dextra per inferentem debet assignari; si autem illi inferatur, qui non habet ius militare, tunc marca grossorum pro tali vulnere, unctio vero pena sex scoborum per percussorem debet solvi.

87. (90). De divisione penarum.

Penarum distinctio et legitima divisio habetur, quod si uncto vulneratur cum sanguinis effusione aut percussio enormiter, de omnibus penis pro vulneribus aut percussione sententia dicitur duas partes lesio, tertio autem iudicio, ubi causa agitur, assignari demandamus.

88. (91). De occisione fratris et consanguinei.

Et licet lex tam veteris quam novi testamenti fratricidium et alia seia crimina... iures puniat [6. sine damna, tamen quidam velut hostes proprii sanguinis et honoris, legis penam minus formidantes, fratricidium committunt, sororem vel proximum occidunt, ut ex suis morte bona hereditaria lucrerentur. Volumus itaque, ut unde lucra habere cupierunt, inde damnis affligantur et puniantur,

in quo peccaverunt, omnes regnicole et nobiles nostri regni fratres, sorores aut proprios consanguineos in-
 terimentes, non habentes proles vel habentes, in heredi-
 tariam successionem nullum accessum obtinebunt,
 quin immo sententiamus ipsos omnes et ipsorum filios
 priuamus omni legitima aliarum hereditatum portione
 in quibus bonis siue hereditatibus alij consanguinei
 licet remotiores in linea optineant successorem, quos
 in aggravacionem culpe ipsorum propter inmanita-
 tem criminis ob hoc omnes fratricidas et patricidas
 infames pronunciamus et inabiles ad aliquos hono-
 res promovendos.

89. (92). Precedente amelone medietas plantacio
num in area remaneat.

Fatuimus et decernimus, quod si aliquis plan-
 taciones inserte iura et radicate evelli debeant et ex-
 tirpari, etiam si sint proprie alicuius, ex tunc in so-
 lo seu in area medietatem earundem relinquere
 quisque tenetur, sub pena sex marcarum.

90. (93). Quilibet quamlibet rem, sit propria, vio-
lenter apud aliquem non recipiat, sed iure
acquirat.

Item si aliquis suum violenter man-
 tellum vel quamlibet aliam rem propriam auctori-
 tate propria vicino vel cuicumque receperit, iure
 non repelendo, ipsum mantellum vel quamlibet a-
 liam rem cum pena sex marcarum restituere tenetur.

91. (94). De violenta seminatione alienorum agro-
rum. Aliquis excolens et seminans agros alterius
 violenter, semine earundem careat cum pena fyancz
 nadresca.

92. (95). De bobus violenter receptis et pena ipsorum.

Item alicui quatuor boves violenter fuerint re-
 cepti et de huiusmodi violentia fecerit protestatio-
 nem, volumus, quod pro huiusmodi negligentia
 bovis et labore, pro qualibet septimana qualiter sco-
 los plannum et iniuriam facto cum pena fyancz
 nadresca et iudicio alia pro pena XV satisfacere
 teneatur.

93. (96). De feno recepto violenter.

Item pro curro feni violenter recepto tres grossos
 cum pena XV eidem iniuriam et damnum facto et
 iudicio XV satisfacere teneatur.

94. (97). De frumentis acceptis violenter.

Item pro una fensa copia cuiuscumque grani in die recepta, fensa iudicio sex marce et dominium fas, 10 XV exoliantur; si autem tempore nocturno reci, fiat, decernimus esse furtum.

94. (98). De estivalibus in die vel nocte receptis.

Item pro copia estivalium vel hiemalium decernimus unam mensuram, dum recipitur ad curruum violenter, dum autem in ponderibus recipitur, furtum esse declaramus: id ipsum ad receptionem fem extendentes.

94. (99). De famulo in possessione domini tenetur satisfacere quicquid fecerit.

Item famulus, qui dicitur golomanda, si vicinus domini sui fecerit alicui aliquid damnum, dominus pro ipso satisfacere tenetur.

94 (100). De paupere diuitem pro violentia citantem.

Item cum pauper homo pro violentia diuitem citat, diues de violentia per testes tenetur et habet se expurgare, alias iuxta violentie qualitatem debita pena est multandus.

95. (101). De citationibus castellanorum pro iniusta sententia et fenis ipsorum.

Item aliquis arguit seu provocat sententiam castellani Cracoviensis, quod dicitur marcece vel noqany, felles emelinas, castellano Sandomiriensi aut Lublinensi felles mustelinas, cuilibet pallatino felles mustellinas, iudicibus Cracoviensi et Sandomiriensi felles mardivinas, subiudicibus felles, succamevris per sex marcas, camerarijs istorum omnium per sex scobes, iudicibus castellanorum per mediam partem, notario terrestri felles vulpinas, alijs castellanis Sandomiriensi et Lublinensi exceptis, per sex marcas absque omni contradictione et antequam ad audienciam admittentur, dare et satisfacere teneantur.

96. (102). Pro filio hudente ludos damnosos, pater non solvet nec fratres, sed super ipsius portionem cordet ludendis.

Item non dum emancipatus, constitutus in paterna potestate nec a patribus diuisus aut separatus, si globiando aut tessendo vel quocumque alio modo hudente ludos damnosos hudente aut exercendo aliquid perdidit, latria omnia et singula per ipsum perditam volumus et decernimus, quod in ipsius partem seu sortem computentur, nihilominus decernentes, quod sine in latria sine scac.

cis vel alia aut in aliquibus ludis licentis ipsis lu-
 dendibus ad pecunias, equos vel alias res licentias
 seu in huiusmodi ludis adquisitiones, mouendi, pe-
 tendi requirendi seu vendicandi, non obstante qua-
 libet fideiussoria cautione seu obligatione penitus nul-
 lum ius ex predictis ludis sit adquisitionum, sed diu-
 lasat quoscumque ludos habere concedimus et vo-
 lumus gratia temporis deducendi et causa solacij
 et exercicij habendi.

97. (103). Pene pro plagis militum a timetone factis.

Tibi pro vno plago vel pluribus a timetone
 factis XL pena percusso et iudicio XV; si vero fue-
 rit in baculo cruciata, sicut pro vulnere gladij
 declaramus satisfaciendum. Tibi vero famoso
 slachere I. X marcas, scardabello XXX marcas,
 militi creato de sculteto vel timetone XV mar-
 cas pro capite; item militi slachere pro vulnere
 X marcas, scardabello V marcas, sculteto vel
 timetone factis militibus tres marcas pro vulnere,
 huius statuimus persoluedas.

98. (104). De fratre falcato et emtione eiusdem.

Artoldus deposuit querelam contra Andream,
 quod fratrem ipsius falcavit; Andreas licet sit con-
 fessus predictum fratrem se falcasse, laudem adiecit,
 quod idem fratrem vladarij Bartholdi pro certa
 pecunia falcandum sibi vendidisset et pro eodem
 fratre pecuniam idem vladarij ab ipso recepisset,
 quem mortuum esse assererat. Nos autem attendentes
 confessionem ipsius Andree et etiam mortem ipsius
 vladarij, in tali casu decreuimus, eundem Andre-
 am probare fratri emtione et venditionem.

99. (105). De vulnere in ludo soluedo.

Item Bartholdus contra Andream deposuit, quod
 [7] ipsum vulnerasset; Andreas confessus est ipsum B. vul-
 nerasse, dicens, quod hoc fecit volens in ludo soluedo
 do tanquam socius et amicus cum amico. Nos audita
 ipsius Andree confessione, attendentes, quod ludis non
 debeat se extendere ad aliquam lesionem seu offensio-
 nem, ipsum Andream in tali casu decreuimus Bar-
 tholdo ad satisfactionem vulneris condemnandum.

100. (106). De solutione fideiussoris absque principali
debitore.

Teolanus balthie mutauit decem mar-
 cas, pro quibus Laurentium dedit sibi fideiussorem
 et post aliquot dies idem balthias debitor Nicolao

creditori in absentia Laurentij fideiussoris eandem pecuniam persoluit, ut debebat. Tempore vero procedente predictus Nicolaus creditor in d. Laurentium fideiussorem pro dicta pecunia traxit ad causam, et quia idem fideiussor in iudicio constitutus asserbat, prefatam pecuniam per prefatum Chalbiam, principalem debitorem fuisse persolutam, nos decrevimus in tali causa probandam fuisse (1) solutionem.

101. (107). Quomodo vidua se habere debet cum fueris.

Tenuimus, quod marito mortuo uxor circa donationem et dote et quilibet paraphernalia in pecunijs, gemmis, lapidibus et vestibus superextralibus debet remanere; ipsa autem mortua ad fueros, si ipsos habuerit, predicta omnia deuoluantur. Que mulier habendo fueros, si alium virum receperit uel recipere voluerit, decrevimus, quod tantummodo ad fueros omnia bona paternalia integraliter cum alia parte ipsos in diuisione contingente quorumlibet bonorum maternalium, in quibuscumque rebus consistant, absque aliqua contradictione deuoluantur, et cum residua alia suorum bonorum parte maritum recipiat iuxta suam voluntatem.

102. (108). De dote et bonis hereditarijs.

Item statuimus, dum aliqua dunicella maritalium, dote sine donatione in pecunia parata sufficiat, que in presentia amicorum assignetur; bona vero hereditaria coram regia maiestate debeant assignari.

103. (109). De violenta receptione in via publica.

Arduus conqueritur de Nicolao, quod die forensi in via publica recepit sibi octo scobos violenter; Nicolaus vero respondit, quod indebite ipsum calumniaretur nec eandem pecuniam amisisset nec sibi recepta fuisset, volens cum sex testibus de hoc se excusare. Nos itaque in tali casu decrevimus cum duodecim testibus bonis et non factionibus fieri huiusmodi excusationem.

104. (110). De re amissa per alium inuenta et non restituta.

Item Hartinus deposuit contra Nicolaum, quod dum agros proprios coluisset, bursa eodem recidit, in qua fuerunt octo scobi; Nicolaus vero superueniens inuenit bursum eandem cum predictis octo scobis et eo est (1) inuitus, restituere non curauit. Nicolaus autem negat se predictam bursum inuenisse uel pecuniam habuisse. Nos autem in tali casu iudicari

mis eidem Nicolas per proprium iuramentum se expurgare, quod non iniicit nec habuerit pecuniam predictam.

105. (111). De arbore pomifera succisa.

Taliumis, quod pro qualibet arbore fructifera seu pomifera succisa duodecim grossi dumtaxat damnum passo exoliantur cum pena peracta ad sex grossa damnum percolenda.

106. 7/6. [112]. De expurgatione vladarij vel familiaris contra suum dominum.

Reterea cum dominus contra vladarium vel alium familiarem suum aliquam pro rebus vel iniuriis suis habet questionis, tunc ipse vladarius aut familiaris domino suo non differendo iuramentum tenetur se cum sex testibus expurgare.

107. (113). Nullus miles emat scultetiam absque voluntate domini ville.

Im officium scultetorum semper seruire existat et ad iurium dominorum suorum stare et facere iure teneantur, indecens est, ut maiores et potentiores persone in scultetias aliquas, quam ipsarum villarum domini assignentur; idcirco visum fuit nostris baronibus, ut nullus miles aut alius illustris emat aut agerat sibi in aliqua villa scultetiam proter illius ville domini vel possessoris aut patroni voluntatem; factam autem contra hoc statutum ipsam emptionem decreuimus fore irritam et inanem.

108. (114). De diuisione fratrum et diuinitate triennali.

Im omnis diuisionis et discordie sit mater communis, in qua etiam fratres aut germani existentes, ad rancores seu lites non modicas sepius prouocantur, ad quas euitandas homines ipsi incidunt in periculum vite utriusque, consueverunt itaque homines viuere et stare ut plurimum in proprijs domibus separatim, de parte bonorum suis hereditarum, que ipsos contingit, habita diuisione inuicem ipsorum amicis mediante, licet ad presentiam principis ad ipsum non fuerit deductum. Sed quia sepe contingit, quod ex aliquorum vita actiua et bona procuracione domus reparantur et procurantur, celerrime hoc ipsum vita dissoluta non curantibus, et domos et hereditates ad utilitates deductas iure ipsi dissolui pro se vendicant optinere, fratres aut amicos ipsorum ad iniuria protrahentes, et sic quilibet paterfamilias lachryam hoc timore a reparacione honorum se retrahit et a domorum erectione, propter hoc, ut lites dissoluit a pignicia

ipsorum retrahamus et ut bene laborantes aliquod comedum inde reportent, statuimus nostram civitate, ut quicumque fratres vel amici, consanguinei vel remoti sexus utriusque ab invicem separati fuerint et divisi, et in hac separacione seu divisione steterint per tres annos et tres menses in hac civitate ad iudicium non provocantes, nisi causa legitima allegetur, propter quam sibi non obviet prescriptio, a repeticione seu revocacione partis hereditatis fratris sui vel amici (1) per prescriptionem obiectam legitimam excludentur.

109. (115). De prescriptione furti aut latrocinij triennali.

Im furtiva et latrocinia propter inflectionem fene pro delicto commisso per maleficos interdum ut plurimum occultantur, ita quod noticia criminis in brevi non potest propellari et sic quandoque furtiva remanent impunita et cum contra eos actio proponitur, per exceptionem prescriptionis annalis volunt se lucrari, in detestacionem itaque criminis decrevimus, ut si quis de furto aut latrocinio accusetur in iudicio, si est actor secum manens in una villa aut in parochia, ubi secum audit divina, tunc obiectio prescriptionis annalis procedit et habet locum contra actorem de furto. Si autem actor et reus sint distantes, non alia prescriptio exceptionis agentem repellit, nisi si triennalis et implere poterint sine pigricie omnes desides et lenti, cum in sui damni recuperacionem minime curaverint vigilare. }

110. (116). De prescriptione fuerosum etatem non habentium. [8.]

Im quicumque fueri impuberes ante legitimam etatem ad iudicia trahantur super hereditaria questione, et ob defectum etatis cum actore litem contestare nequeunt, propter quod ex interlocucione iudicis eadem litem contestacio usque ad etatem debitam illorum fuerosum prorogatur et dilacione frudente alii quot anni effluere consueverunt: quibus fueris legitimam etatem attingentibus, si questio ipsis eadem innovatur, exceptionem prescriptionis idem fueri de se agentibus illorum annorum, quibus iudiciali fueris erunt, opponere non valebunt, sed tantum utentur illorum dierum prescriptionem, si qua sit apud illos vel eorum progenitores, antequam fuissent primo ad iudicium pro eadem causa evocati.

111. (117). De communi prescriptione virorum, mulierum,

rūm et viduarūm.

Un realis distinctio personarū habeatur, inter quās quēdam persone sūnt libere, ut virorū, aliā rūm autem, ut mulierū, minus libere agere possunt in iudicio super rebus et hereditatibus ipsis debitis sive obligatis, propter quod statuimus, ut viris et masculis prescriptio triennialis tantūmodo duvet, viduis vero sex anni propter fragilitatem sexus in prescriptioe opponantur, mulieri autem maritate, cum non habeat sui ipsius liberam potestatem, propter maritum X anni cūrrant in prescriptioe.

112. (118). De prescriptioe commissi homicidij.

In calūnijs malorū hominū omnis via precludatur, consueverunt etenim multūm litigiosi calūniiose viros innocentes de crimine homicidij an de multos annos commissi querulose accusare, cuius probatio vel purgatio propter incertitatem facti factis haberi non poterit. Unde statuimus, si quis de crimine homicidij vult agere aut accusare, cupiens feram capitis sibi vendicare et optinere, ante quam tres anni elabentur a die criminis commissi hic in iudiciū deducat, alias tribus annis elapsis, presentis et agenti pro capite obstabit exceptio prescriptiois obiecta.

113. (119). Iudex in cuius iurisdictione rex constituetur, tenetur in curia regali commorari causas iudicans.

136. Un in causarū processibus apud iustos iudices nil habeat vendicare odium vel fauor prevalere aut premium iusticiam evertere, sed gestant statim manibus equo libramine ferre iustam civilem vel sententiam, lauces appendentes, et ob hoc dum vultus nosces ab his personis, ex quibus constat iudiciū, contemplantur, iudex offert iusticiam ad redolendum formidorem et abstinēbunt a calūnijs litigantes, proinde statuimus, quod dum nobis obre maiestati terram Guenensem vel Porenamensem continget intrare, iudex statim, in cuius iurisdictione constituemur, ad nostram curiam intrare tenetur et iudicio presidere, cognoscendo de omnibus causis etiam hereditarijs, tamen in presentia nostri vel procer nos vel de nostro speciali mandato; alioquin nobis extra terram existentibus, termini pro hereditatibus generales, prout actenus observatum extitit, tenentur.

137. (120). De precio terrestri notarii et ministerialis.

